



**BOLETIN DEL CLERO**

**OBISPADO DE LEON.**

**CARTA DE NUESTRO SANTÍSIMO PADRE EL PAPA PIO IX  
AL CARDENAL PATRIZI.**

A Nuestro Venerable Hermano Constantino Patrizi, Cardenal de la S. I. R., Obispo de Ostia y Velletri, Decano del Sacro Colegio de Cardenales, Nuestro Vicario general para los asuntos espirituales de Roma y su distrito:

Venerable Hermano, salud y bendicion apostólica.

Un asunto, en verdad de gran importancia, reclama que nos dirijamos á ti, para rogarle y exaltarte; á fin de que con tu celo y trabajo procures apartar á nuestra juventud estudiosa del peligro y la ruina que le está preparada. Más de una vez hemos avisado con Nuestras cartas á los que rigen los pueblos, para que, haciendo uso de la autoridad que les ha sido conferida de lo alto, y accordándose del deber que les incumbe de guardar á la sociedad civil de la peste de la incredulidad, la más perniciosa de todas, removieran de las catedras de enseñanza, á hombres que, no solo despreciaran los deberes de la Religion, sino que movidos por el odio á ella y por el espíritu satánico, la injuriásen, maltratasen ó combatiesen.

Inútiles, sin embargo, fueron nuestros avisos; se tuvo miedo ó no se quiso oponer un muro de bronce á un progreso monstruoso, y se consideró lícito corromper las almas juveniles con perversas doctrinas, y por medio de calumniosas, imprudentísimas y astutas

explicaciones excitarlos contra la fé, la Religion, la Iglesia, los Sacramentos y sus Ministros y todas las cosas más santas.

Algunos de estos ciegos y perdidos, guiados por ciegos, para exacerbar Nuestros males penetraron aquí por las rotas murallas, á los cuales se unieron algunos, escasísimos, de los antiguos profesores de las diversas ciencias, de índole abyecta, astutos y privados de todo sentimiento de gratitud, y estos, sofocados los remordimientos de la conciencia y depuesto todo deber religioso, se constituyeron en signo de la ira de Dios, á quien deberán dar estrechísima cuenta de los males que han hecho en Jerusalen. Tenemos una señal indudable de la impia intencion y de la detestable doctrina de todos ellos, en las cartas que han dirigido á Döellinger, llenas de errores, de blasfemias y de incredulidad.

Es verdad, venerable hermano, que la cizena no se podrá sembrar perfectamente con el grano, antes de aquel grande dia en el cual el Señor, en la plenitud de los tiempos, juzgará las cosas justas; pero es oportuno que cuanto antes se haga saber que aquellos que han puesto su nombre al pie de los dañados documentos, han dejado de ser católicos, y por lo tanto, los católicos deben alejarse de ellos. Nos rogamos por ellos para que, vueltos á sí, rechacen las tembrosas doctrinas del infierno, y, condenando las que hayan profesado, trabajen por reparar, con la palabra y con el ejemplo, el escándalo dado á sus próximos.

Tú, en tanto, venerable hermano, haz que sean avisados todos los Párrocos de esta metrópoli del órbe católico, para que no dejen pasar ocasión alguna de inculcar á los jóvenes confiados á su solicitud, que no es lícito ir á escuchar las lecciones y recibir explicaciones de los que suscribieron aquellos nefandos mensajes, y cuyos nombres no creemos necesario reproducir por haber sido ya publicados.

Pluguiese á Dios que nuestra solicitud, ayudada de tu celo y del de los Párrocos de esta ciudad, ponga un dique á la incredulidad y saque del abismo de impiedad á muchos jóvenes que están en él. Esto pedimos fervientemente á Dios, y en auspicio de su favor y prenda de Nuestra benevolencia especial hacia ti, te damos, venerable hermano, la bendicion apostólica.

Dada en Roma, en San Pedro, á 15 de Mayo del año 1871, 25º  
de Nuestro Pontificado.—PIO, PP. IX.

BREVE de Nuestro Santisimo Padre Pio IX acerca del oficio de San Alfonso Ligorio, y concediendo una indulgencia plenaria á los fieles que confesados y comulgados visiten devotamente cualquiera de las Iglesias de la Congregacion del Santisimo Redentor.

Qui Ecclesiæ suæ numquam se defuturum sponpondit Christus Dominus, quum maxime in rem suæ immaculatæ Sponsæ esse perspexerit, insignes excitat pietate et doctrina viros, qui *repleti spiritu intelligentiæ, tamquam imbras mittant eloquia sapientiæ suæ*. Neque enim sine providentissimo Omnipotentis Dei consilio factum est, ut, quum iansenistarum doctrina novatorum oculos in se converteret, errorisque specie multos alliceret, ageretque transversos, tunc potissimum extaret Alphonsus Maria de Ligorio, Congregationis a Santiſſimo Redemptore Institutior, et Sanctæ Agathæ Gothorum Episcopus, qui *bonum certans certamen, os aperiret suum in medio Ecclesiæ; scriptisque doctis et laboriosis, istam ab inferis excitatam pestem radicitus evellendam, et ab agro Dominico exterminandam curaret*. Neque vero has solum sibi partes depoposcit Alphonsus: sed in Dei gloriam, spiritualemque hominum salutem unice intendens animum, plurimos libros conscripsit, sacra eruditione et pietate refertos, sive inter implexas theologorum tum laxiores, tum rigidiores sententias, ad tutam muniendam viam, per quam Christifidelium animarum moderatores inoffenso pede incedere possent; sive ad Klerum informandum, instituendum; sive ad catholicæ fidei veritatem confirmandam, et contra cuiuscumque generis aut nominis hæreticos defendendam; sive ad asserenda huius apostolicæ Sedis iura; sive ad fidelium animos ad pietatem excitandos. Hoc porro prædicari verissime potest, nullum esse vel nostrorum temporum errorem, qui, maxima saltem ex parte, non sit ab Alphonso refutatus. Quid quod ea, quæ, tum de immaculata Sanctæ Dei Genitricis Conceptione, tum de Romani Pontificis ex cathedra docentis infallibilitate, plaudente christiano populo, et frequentissimo universi catholici orbis Antistitum concessu approbante, a Nobis sancita sunt, in Alphonsi operibus reperiuntur et nitidissime exposita, et validissimis argumentis demonstrata?

Quamobrem in hunc perbelle cadit nobilissimum illud divinæ sapientiæ præconium: *Non recedet memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, et laudes eius enuntiabit Ecclesia*. Ac Pius VII, Prædecessor Noster, recolendæ memoriæ, summam Alphonsi sapientiam demiratus, gravissimum hoc de eo protulit testimonium: *Voce nimirum, ac scriptis in media sæculi nocte errantibus viam iustitiae ostendisse, per quam possent de potestate tenebrarum in Dei lumen ac regnum transire*. Item fel. rec. Decessor Noster Gregorius XVI incredibilem Alphonsi dicendi vim,

*copiam, varietatemque doctrinæ maximis laudibus prosequutus, eum Sanctorum Cœlitum fastis adscripsit. Tandem nostris hisce temporibus, plurimi sanctæ romanæ Ecclesiæ Cardinales, fere omnes totius orbis sacrorum aristites, supremi religiosorum Ordinum moderatores, insignia sodalium theologorum corpora, illustria canonico-rum Collegia, et docti ex omni cœtu viri supplices Nobis preces porrexerunt, ut Sanctum Alphonsum Mariam de Ligorio Doctoris Ecclesiæ titulo honoribusque augeamus. Nos itaque piis hisce precibus obsecundare lubenti animo volentes, gravissimum hoc negotium, ut moris est, Congregationi VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium tuendis Ecclesiæ ritibus præpositorum expendendum commisi-mus. Iam vero, cum dicta VV. FF. NN. Congregatio in ordinariis Comitiis ad Vaticanas ædes die XI martii huius vertentis anni habitis, audita relatione Venerabilis Fratris Nostri Constantini S. R. E. Cardinalis Patrizi nuncupati, Episcopi Ostien, et Veliternen., eiusdem Congregationis præfecti, causæque ponentis; consideratis animadversionibus dilecti Filii Petri Minetti presbyteri, fidei promotoris; item patroni causæ responsis, nec non theologorum pro veritate sententiis; omnibus denique rationum momentis sedulo attenteque perpensis, unanimi consensu describendum censuerit: Consulendum Sanctissimo pro concessione, seu declaratione et extensione ad universam Ecclesiam tituli Doctoris in honorem Sancti Alphonsi Marie de Ligorio, cum officio et missa iam concessis; addito Credo, antiphona ad Magnificat in utrisque vespere: O Doctor, ac lectionibus In nocturni: Sapientiam, et VIII responsorio: In medio Ecclesiæ; — Nos rescriptum istud, edito die XXIII eiusdem mensis et anni, generali urbis et orbis decreto, approbandum, confirmandumque existimavimus.*

At enim dilectus filius Nicolaus Mauron, superior generalis et rector maior Congregationis Sanctissimi Redemptoris, ad iam memoratam Cardinalium Congregationem tuendis Ecclesiæ ritibus supplex adiit, ut in festo eiusdem Sancti Alphonsi per decretum de quo habita ante mentio est, inter Ecclesiæ doctores adsciti, in martyrologio romano post verba: *Sanctorum fastis adscripsit*, sequentia adderentur: *et Pius IX, Pontifex Maximus, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiæ Doctorem declaravit*; item in sexta lectione, post verbum, *accensuit*, haec alia: *tandem Pius IX, Pontifex Maximus, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiæ Doctorem declaravit*; utque concessiones omnes hac super re factæ, apostolicis Nostris Literis confirmarentur. Quæ quidem Cardinalium Congregatio cum in conventu, die XXII meosis aprilis huius anni de more habito, rescripserit: *Pro gratia; Nos die XXVII mensis eiusdem, rescriptum illud ratum habuimus, atque apostolicas Literas in forma Brevis expediri mandavimus. Quæ cum ita sint, memorati dilecti filii Nicolai Mauron obsequuti votis, deque consilio VV. FF. NN. sanctæ romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationis legitimis ritibus cognoscendis, auctoritate Nostra apos-*

tolica, tenore præsentium, titulum Doctoris in honorem Sancti Alphonsi Mariæ de Ligorio, Congregationis a Sanctissimo Redemptore Institutoris et Sanctæ Agathæ Gothorum Episcopi, confirmamus, seu, quatenus opus sit, denuo ei tribuimus, impertimus; ita quidem ut in universalis catholica Ecclesia semper is Doctor habeatur, atque in die festo anniversario tum a regulari, tum a sacerdulari Clero celebrando, officium et missa fiat iuxta Sacræ Rituum Congregationis decretum rescriptumque, quod memoravimus. Præterea huius Doctoris libros, commentaria, opuscula, opera denique omnia, ut aliorum Ecclesiæ Doctorum, non modo privatim, sed publice in Gymnasiis, Academiis, scholis, collegiis, lectionibus, disputationibus, interpretationibus, concionibus, sermonibus, omnibusque aliis ecclesiasticis studiis, christianisque exercitationibus, citari, proferri, atque, cum res postulaverit, adhiberi volumus et decernimus.

Tandem ut Christifidelium pietas ad huius Doctoris diem festum rite colendum, eiusque opem pie implorandam magis accendatur, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritati confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui die festo eiusdem Doctoris, aut uno ex septem diebus continuis immediate subsequentibus, uniuscuiusque Christifidelis arbitrio sibi deligendo, vere pœnitentes et sacramentali confessione præmissa, Sanctissimam Eucharistiam sumpserint, et quamlibet ex Ecclesiis Congregationis Sanctissimi Redemptoris devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quæ etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate coniunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari poterit, misericorditer in Domino in perpetuum concedimus.

Quocirea universis VV. FF. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis et Dilectis Filiis aliarum Ecclesiarum Prælatis per universum terrarum orbem constitutis per præsentes mandamus, ut quæ superius sancita sunt, in suis provinciis, civitatibus, Ecclesiis et Diœcesibus solemniter publicari, et ab omnibus personis ecclesiasticis sacerdularibus et quorumvis Ordinum regularibus, ubique locorum et gentium inviolabiliter et perpetuo observari procurent. Hæc præcipimus atque mandamus, non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus, Constitutionibus et Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur,

quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.  
Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die VII Ianuarii MDCCCLXXI. Pontificatus Nostri anno vigesimo sexto.  
Loco  Annuli Piscatoris.

Pro Dno. Card. PARACCIANI CLARELLI  
FELIX PROFILI, substitutus.

---

## ANUNCIO INTERESANTE.

---

El autor de la excelente obra *Los salmos de David en verso castellano*, anunciada en el número anterior página 99, habiendo sabido que la generalidad de los sacerdotes de esta Diócesi carecen de aplicaciones de misas, ha resuelto admitir suscripciones por este concepto. Por consiguiente los que quieran recibir la obra en rústica, pueden encargarse de aplicar cuatro misas *intentione dantis* y los que la prefieran en papel satinado aplicarán cinco.

Las suscripciones en la casa del Director de este BOLETIN calle de San Isidro núm. 8 donde remitirán los recibos los Sres. Sacerdotes que se suscriban por aplicaciones de misas, y el importe en metálico aquellos que prefieran este medio.

---

## COMPENDIO

DE LA

## MÍSTICA CIUDAD DE DIOS,

Ó SEA

## VIDA DE MARIA SANTÍSIMA.

---

Precioso y exacto compendio de la obra del mismo título que

goza tan merecida fama, pero que por ser demasiado voluminosa es de difícil adquisicion para la generalidad de los devotos de María. El compendio que ahora anunciamos, escrito en italiano por *Buenaventura A. de Cæsare* Consultor de la S. C. del Índice, traducido á varios idiomas y ahora al español por *D. Francisco García Ayuso* Profesor de lenguas, formará un tomo de 400 páginas en 8.<sup>o</sup> y se remitirá íntegro á los señores suscriptores despues de terminada la impresion, al precio de 12 rs., franco de porte. Para que nuestra publicacion no sufra retraso alguno, se suplica á todas las personas que deseen adquirir la obra, se sirvan contestar á la mayor brevedad á nuestra invitacion.

El que haga diez pedidos, recibirá un ejemplar gratis.

Las suscripciones se harán á *D. Cándido Soriano*, librería de Tejado, Arenal, 20, Madrid.

---

## EL MISTERIO DE INIQUIDAD,

### ó CONJURACION SATANICO-HUMANA

*contra Jesucristo y su Religion; su principio y elaboracion  
en los siglos anteriores; su desarrollo y complemento  
por la Revolucion protestante-filosófico-espiritista;  
y su terminacion, probablemente próxima, por el Anticristo  
y sus hordas ya formadas.*

---

Ilustrar, despertar, despertar y separar del peligro de seduccion

á los jóvenes es el objeto principal de esta interesante obra que forma un tomo en 8.<sup>o</sup> mayor de mas de quinientas páginas, se vende al precio de 16 rs., franco de porte, y con uno gratis al que tome diez ejemplares.

Se halla de venta en las librerías de la *Viuda de Aguado e Hijo, Olamendi, Tejado, López, etc.* Madrid.

En los mismos puestos se hallan de venta, del mismo autor:

*La Diosa y la Furia, ó la Caridad perseguida por el egoísmo materialista*, en tres tomos, con preciosas láminas. Edición segunda, corregida y ordenada por su autor. Su precio, 40 rs.

*La Filantropía enmascarada, ó última careta con que se encubre el liberalismo*. Estilo novelesco. Un tomo en 8.<sup>o</sup> de unas 200 páginas, á 4 rs.; y uno gratis al que pida diez.

---

## LA AVANZADA.

---

— CONFERENCIA —

### HIMNO RELIGIOSO A LA

SANTÍSSIMA ESPAÑOLA.

Se halla de venta, impreso y en rústica en la librería de Lezcano, calle de la Cruz, Madrid.